

*Ambo scii rerum cantantes dicere uerum
Dicite cantantes que dicitis equiparantes.*

Ita a *Sophia* animatus orditur *Tblepsis*:

Mente iubes dia que precipis alma Sophia &c.

et primo narrat *Adae* creationem, cui *Neocosmus* formationem corporis *Christi* in utero *Virginis* componit, et ita progrediuntur usque ad comparationem *Salomonis* et *Justiniani*, in qua *Codex* abrumptur, quod dolendum, nisi fortasse in aliis Bibliothecis Exemplaria integra supersint.

CXLVII.

810 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 72. 8. elegan-

*Ardua presumens imitari gestio petrum
Lacius enodans salemonis cantica! quamuis
Terrear obscura rerum caligine! uotis
Munera supplicibus tua postulo spiritus alme;
Aspirare meis ceptis dignare! tuoque
Numine scribentis digitum rege dirige mentem.*

Προοίμιον istud primis Versuum literis Autoris nomen *Altman* prodit. Verum an hic *Altmannus Patav.* Episcopus a. 1091. defunctus? An *Altmannus*, *Alemannus* seu *Almannus Altvillarensis* Monachus Sec. IX. de quo *Franciae Hist. lit. T. V. p. 618.* et *Fabricius* in *Bibl. med. Lat.* Atque in hunc vehementer inclinabam, cum scirem, teste *Tritbemio n. 282.* tam metro, quam prosa scripsisse. Ast ubi expendissem illud: *imitari gestio petrum*, neque alius ejus temporis occurreret *Petrus*,

ter exaratus, rubricis ornatus, et quondam *Monasterij sancti floriani patav. dyoc.* quod est Collegium Canonorum Reg. S. *Aug.* in superiore *Austria Cantici Cantorum Paraphrasin* versu hexametro continet, cujus nullibi mentionem fieri video. Inscripta: *Versus super Cantica*, ita orditur.

qui *Cantica* versu tentasset, praeter *Petrum de Riga* in sua *Aurora*, quam Sec. XII. elaboravit, jubente Chronologia *Altmannum* illum *Altvillariensem* missum facere coactus sum. Itaque novum hic *Altmannum* fisco sacri Parnassi hospitemne, dicam, an incolam, melioribus certe aevi sui Poetis adnumerandum. Quo magis triste, folium unum, alterumve a fine *Codicis* excidisse. Subneſtit ille porro Invocationi jam productae Argumentum Operis, quod sic orditur:

*Fons et origo boni deus orbis conditor alto
 Consilio uoluit hominis reparare ruinam,
 Qui quia transierat in ius uictoris iniqui
 Venditus et uictus peccati merce, decebat,
 Ut tali precio, quali fuit ante reatum
 Primus homo, redimi deberet; at hostia talis
 Non fuit in massa peccati mole grauata.
 Pro nobis igitur altissimus hostia digna
 Dignatus fieri contraxit spirituale
 Conjugium iunctis una sub carne duobus &c.*

Natura uidelicet diuina et huma-
 na. Paraphrasis demum ipsa, vel

si mavis, Commentarius ita inci-
 pit: *Osculetur me osculo oris sui.*

*Oscula queso sui mihi sponsus porrigat oris!
 Utque duo iuncti se pacis ad oscula neant,
 Sic persona duas naturas uniat una,
 Audiatur et uocem sponsae presensque loquatur
 Sponsus ad os ore dilectae uerba salutis,
 Ac unitus homo uerbo ferat oscula grata &c.*

Particulae Textus semper minio
 praemittuntur. In C. ult. v. pe-

nult. abrumpitur Tractatio hoc
 versu:

Nunc auster perflat ueniens aquilone repulso.

Itaque parum deest ad finem,
 quod utinam ex alio Codice, quem
 sibi fors alicubi Fortuna libraria
 conditum seruat, subpleri possit!

*tica Canticorum Liber, in quo
 statum regni sui temporis descri-
 bit. Ad Inuidiosiss. et Potentiss.
 Imperatorem Diuum Maximilia-
 num II. Autore Paulo Sibero
 ab Ericis Poeta L. Anno Christi
 M. D. LXVI. Praeit ad Maxi-
 milianum Elegia bene longa hoc
 initio:*

CXLVIII. VII D 10

248 Codex chartaceus lat. Sec.
 XVI. Folior. 46. f. inscribitur:
Amorum Solomonis, Vulgo Can-

*Vnde sit imperium, rebus quae cura gerendis,
 Iustaque magnanimi Caesaris arma canam. &c.*